

## SERMO.

## VIII.

docente puerum quinquennē vel cititer secum cubare. que statim ex eo concepit. Plura alia habes alibi. I2  
 Quo ad tertium principale notandum q̄ septem sunt utilitates cōsequētes bene rectos a iuuentute pueros. Primo plus a deo diligunt. Sicut iohannes euangelista dicit discipulus quē diligebat iesus. Secūdo a probis hominibus plus honorant. Sicut thobias etiam a gentili principe honorabatur in t̄palibus et edas. Tercō in tentacōibus postmodū minus a demonibus supant. Exemplū de thobia iuniorē et sara quibus demon nō nocuit. Quarto vita amplius eis plongetur. tum q̄ etiam plus pficiūt. Exēplum de patriarchis iacob. isaac. et. Quinto delectabiliter postmodū virtutes opantur q̄ assueti sunt de bonis sicut iohannes baptista a septimo anno austeritates heremi victū et amictum cum gaudio sustinuit. Sexto lapsi etiam in peccata aliqui citi⁹ resurgunt. sicut iuuenis quē beatus iohannes euangelista de positi titulo episcopo cōmendauit. et etiā dauid lapsus cito surserit. Septimo in p̄ria plus p̄miant. sicut salomon a dauid eo q̄ a iuuentute patri seruiuit et in regnū est p̄ alijs fratribus positus.

## De sancto anthonio.

Edit illi scientiā sanctorū honestauit illum in laboribus et cōpleuit labores illius. Sap. r. in epistola.

A Condicio laudabilis est regū ac principū. vt famulos nobiles s̄m triplicem etatez triplici modo regāt. Primo in iuuentute vsq̄ ad xxx. annū in laboribus. pugnīs. et armis. p̄ncipaliter exerceat. Secūdo vt a xxx. anno

vsq̄ ad senū sub laboribus aliquib⁹ honorent et p̄mient. Tercio vt circa vite terminū in semo sine labore i pace et gaudio collocent. Sic xpc̄ rex regū beato anthonio nobili quo ad virtutes in baptismo susceptas fecisse legitur. quē primo bellare docuit p̄ scientiam sanctorū. ibi dedit illi scientiā. Secūdo donis honozificis sub labore honestauit. ibi honest. illum in laboribus. Tercio in vltimo suo senio p̄ beatitudinis adeptōem cōpleuit labores illi⁹.

I2 Circa primū notandū q̄ scia sanctorū in tribus cōsistit. Primo in diuine vocacōis obediētia. Secūdo in pugne diabolice experientia et in mundicie cordis excellentia. Per primū mundus. per scdm dijabous. et p̄ tertium vincit⁹ corpus. Primā victoriam adeptus est p̄ obediētia. Secūdam p̄ paciētia. Et terciā p̄ discrecōem et prudentiā. Sic etiam p̄ curia summi imperatoris. diens primo vocat⁹. scdm armis pugnare docet⁹. vt terciō p̄ laborem p̄pinq̄i honori reddat⁹. De prima scia habet⁹. i. Reg. iij. vbi heli docuit samuelem puerū. diuine vocacioni acquiescere p̄ obediētia dicens samueli iam terciō p̄ deum vocato. si te inquit dñs deinceps vocauerit dices loquere dñe. q̄ audit seruus tuus. Vbi notandū s̄m Cassianū colle. p̄a. funcij. q̄ tres sunt vocacionū diuinarum modi. C. Primus ex deo. quociens inspiratio immissa. siue dormiendo. siue vigilando ad ea pellit. que n̄ dubium est esse bona. Sic abraam est vocatus. Gen. xj. deo sibi d. cete. Et de terza tua et cognacōe tua et de domo patris tui. Vbi etiam notant⁹ vt ibidez dicit tres abrenūciacionū grad⁹. Primus est quo vniuersas diuicias mundi cōtemnimus ibi de terza tua. id ē de terrenis. Secūdo quo mores et